

Doctrinae enim de cruce statim annectit consolationem, ne animum despondeant discipuli, & adhuc hodie nos non tentat supra vires.

Videmus etiam verbum Domini esse verax. Post sex enim dierum spacium, quod quibusdam exstantibus promiserat, illis etiam, nempe Petro, Jacobo, Joanni exhibet: Hos enim voluit secum habere in sua luctu. Quapropter, ne ingenti sua trinitate frangerentur, revelatione suae glorificationis illis succurrit.

I. Cor. 10.
ψ 33.

II. *Ducit illos in montem excelsum*: Meminit & loci Evangelista, in quo glorificatio facta: Priusquam enim Christus glorificaretur, ascendit cum his tribus suis discipulis in montem excelsum.

V S V S.

Eum qui vult videre Christum in sua gloria, oportet cum Christo prius ascendere in montem excelsum. Wir müssen zuvor über den Myrzenberg/che dann wir zum Weyrauch Berg kommen. Recte itaque Apostolus: Si commoremur, & convivemus: Si sustinemus, & regnabimus.

Can. 4.

2. Ti. 2.

DE II. LOCO.

Modus glorificationis Christi describitur:

- I. In genere: *transfiguratus est ante eos.*
- II. In specie: 1. *Splenduit facies ejus sicut Sol.*
X 2 2. *Ulesti-*